Lwowska Naukowa Biblioteka im. W. Stefanyka NAN Ukrainy. Oddział Rękopisów.
Zespół (fond) 5.

AUTOGRAFY BIBLIOTEKI ZAKŁADU NARODOWEGO IM. OSSOLIŃSKICH

1722. Schéchény Franciszek. List do Józefa M. Ossolińskiego 1802.

***STRONY NIEZAPISANE NIE ZOSTAŁY ZDIGITALIZOWANE***

L. 1722.

~~No 1135~~

# Széchényi Franciszek Hrabia.

List do Józefa Max. Ossolińskiego – 28. Listop. 1802.

1722

Illustrissimo Domino Comiti Osszolinszky S. C. et R. A. M. Camerario.

INST. OSSOLINSKIEGO

Comes Franciscus Széchényi S. P. D.

Indice Bibliothecæ meæ Hungaricæ, qui Tomis tribus Libros typis editos complectitur usui rei librariæ cultorum destinato Tibi Illustrissime Domine gratificor. Brevi Supplementum 1um et alter Codicum manu exaratorum Cathalogus publicam videbit lucem, sicque porro omnia illa, quæ in Præfatione a Clarissimo Michaele Denisio Bibliothecæ Palatinæ Vindobonensis olim Præfecto Indici præmissa exposita habentur prelo subjicientur.

Pro hocce Munusculo tamquam sinceræ meæ in Te Domine Illustrissime observantiæ documento non aliud peto, quam ut Litteris perbrevibus me de percepto Indice certum facere velis. — Pro hacce autem benevolentiæ testificatione non intermittam continuationes et supplementa, ut primum edita fuerint Tibi Illustrissime Domine mittere. Dabam Sopronii 28. Nov. 1802.

Ut alterum exemplar Catalogi Illustri Academiæ Linguæ et Literaturæ Polonicæ Varschoviam transmittas, rogo.

Josephus Maximilianus
Comes de Tenczyn Ossolinski
~~Ossolinski~~

Illustr: ac Excellentissimo
Comiti de Szecseny
S. P. D.

Cathalogum ~~Exc~~ Bibliothecae muni-
ficentia Excellentiae Vestrae [instauratae] ~~[illegible]~~
usuique publico dicatae simul cum
litteris quibus me conhonestare
dignata est gratissimo accepi ani-
mo, quem testari officii mei est.
Eruo semper propria experientia
dum Polonorum meorum eruere conor
doctus, quanti impendii quantique
laboris est ~~mona~~ eorum populorum
ubi non aeque omni aevo studium
ac amor litterarum floruerant, mo-
numenta ingenii colligere, eo magis
celebro V.E.mae opera praetium ~~[illegible]~~
exegisse quod plurima Hungarica
~~jam oblitterata antiquamenta vel~~
[vetusta] partim ab interitu vindicavit
partim ignota exteris patefecit.
~~[illegible]~~ Certo certius ~~bene~~
bene meretur Excel. Vestra
~~pariter~~ tandem gente sua Inclita, quam
de universa Litteraria Republica
dum unius quaritam gloriam ~~[illegible]~~ con-
servat, alterius ditiorem profert.
Ubi mihi licebit Budam per otium
excurrere expetam ab Excellentia
Vestra ut mihi [detur] ~~[illegible]~~ [libertas] ~~[illegible]~~
~~[illegible]~~ hancce ~~[illegible]~~

literariam praedivitem, adire ~~etiamque~~ indeque
ea quae ad ~~illustrandas~~ res Patriae meae
illustrandas aliquid facere videbun
tur haurire. Exemplum Cathalogi
a Vestra Excell: societati Varsavien
destinatum eidem profuturam
mense maio Leoprone transmittere
haud ~~non~~ negligentur. Vestram Excellentissi
mam Dnum ~~bene valere~~ diu meritis
laudibus frui ac bene valere et
animo cupio: ~~constanti benevolen~~
~~te~~

Skanowanie i opracowanie graficzne na CD-ROM :

DIGITAL – CENTER

ul. Krzemowa 1
62-002 Suchy Las
www.digital-center.pl
biuro@digital-center.pl
tel./fax (0-61) 665 82 72
tel./fax (0-61) 665 82 82

**Wszelkie prawa producenta i właściciela zastrzeżone.**
**Kopiowanie, wypożyczenie, oraz publiczne odtwarzanie w całości lub we fragmentach zabronione.**

**All rights reserved. Unauthorized copying, reproduction, lending, public performance and broadcasting of the whole or fragments prohibited.**